

I N D E X
L E C T I O N V M

I N
A C A D E M I A
F R I D E R I C I A N A

A
D I E F E S T O M I C H A E L I S


V S Q V E
A D F E S T V M P A S C H A T I S

A N N I M D C C L X X X I X

H A B E N D A R U M.



B U E T Z O V I I
E X O F F I C I N A F R I T Z I A N A.





LECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, absolutā Exegesi epistolæ ad Romanos tradet THEOLOGIAM MORALEM binis horis quotidie.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Consist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. O. per semestre hibernum DEO adiuante *Theologiam Dogmaticam* docebit, *Exegeticam* institutionem suscipiet, ac praecepta *Catechetica* tradet exercitationes illis adiuncturus.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Consist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. E. benigno cum Domino 1) *Epistolam Pauli ad Hebræos*, & quoad fieri poterit, *Iacobi, Petri, Iohannis & Iudæ epistolas* suo more interpretabitur. 2) e Theologia dogmatica *articulum de Christo* pertractandum sibi sumet.

* 2

IURE-

IURECONSULTORUM.

IO. MATTH. MARTINI, S. D. R. a consiliis iustitiae & iurum P. P. O. laboribus aestivis feliciter iam ad finem perductis, per sequens semestre brumale docebit.

1) ius criminale duce Kochio

2) Digesta praeunte Boehmero.

nec iis deerit, qui in elaborationibus practicis sua manu ductione uti cupiunt.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. Prof. Ord. & Sereniss. Duc. Consiliar. iustit. Hora XI. tradet notitiam regnorum & rerum publicarum Europae ad filum libri sui: *Einleitung in die allgemeine und besondere Europäische Staatskunde.*

D. IOANNES IACOBVS PREHN, Sereniss. Duc. Regni a. Consil. Consistor. Iurisque Antecessor

1) *I. H. BOEHMERI* introductionem in *Ius Digestorum* interpretabitur.

2) *Ius publicum S. R. I.* duce *Selchovio* tradet.

3) *Ius Germanicum priuatum* secundum *EIVSD.* elementa iur. german. priuati hodierni exponet, ac

4) *Ius feudale Longobardicum* praeunte *GE. LVD. BOEHMERO* docebit.

Denique praxi iuridicae operam daturis sese auctorem praebebit & adiutorem, nec iis deerit, qui in disputatoriis velitationibus vires ingenii exercere cupiunt.

MEDI-

MEDICORUM.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Facultatis Medicæ Senior:

Tabulas suas anatomicas iterum explicabit; & artis chirurgicæ theoriam & praxin ad ductum institutionum cel. Dr. *Ludwigii* exponet.

Auch wird er, auf wiederhohltten Herzoglichen Special-Befehl, die ihm zugesandte Frauens-Personen in der Hebammen-Kunst unterrichten.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Archiater & Consiliarius Aulicus atque P. P. O. permissu clementissimo Serenissimi Ducis regnantis quam maxime idonea de causa absens vacare academicis lectionibus per hoc semestre haud poterit.

D. PETRUS BENEDICTUS CHRISTIANUS GRAUMANN, P. P. O. per instans semestre hybernum Physiologiam, Pharmaciam, & Therapiae specialis partem, quae de morbis acutis agit, docebit.

PHILOSOPHORUM.

EOB. TOZIVS, Sereniss. Duc. a consil. iustit. & Hist. Prof. Ord.

Hora X. docebit historiam Imperii R. G. secundum Ill. PÜTTERI compendium, quod inscribitur: *Kurzer Begriff der teutschen Reichsgeschichte.*

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, SER. DVCI REGN. a Consiliis Aulæ, LL. OO. Prof. Publ. Ord. & Bibliothecae praefectus, b. c. D.

Solitas in Sacram Scripturam lectiones continuabit. Tradere quoque perget arabica, Syriaca & Rabbinnica, nec iis defuturus qui

qui in diplomatica orientali, aliisque, quae sui muneris sunt, disciplinis erudiri cupierint.

SAMUEL SIMON WITTE, Ser. Duci regn. a Consiliis aulicis ac Juris N. & G. Prof. P. O futuro semestri *Logicam* ac *Metaphysicam* duce Ill. Federo explicabit; *Jus Naturae* etiam ad ordinem breviarii *Hoepfneriani* docebit & denique praelucente Ill. Platnero *Philosophiae moralis* praecepta exponet. Horas suo tempore indicabit e valvis publicis.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philos. P. P. O. 1) *Metaphysicam*, 2) *Xenophontis* aut *Apologiam* aut e *Memorabilibus Sacrae* particulam quandam grammaticae exponendam ostendit.

P. I. HECKER, Mathes. P. P. O. 1) cel. Kästneri elementa arithmeticae, geometriae & trigonometriae tam planae quam sphaericae explicabit; 2) finitis praelectionibus in analysin finitorum, analyseos infinitorum principia, eodem auctore clariss. praelucente, illustrabit; 3) astrognosiam, s. historiam siderum coelestium & systematis nostri solaris tradet, filum libelli Rudigeriani: *Anleitung zur Kenntniß des gestirnten Himmels* inscripti, secuturus.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, Oec. P. P. O.

PUBLICÆ *calculi literalis elementa* binis per hebdomadem horis uberius explicabit.

PRIVATIM vero

1. Hora VIII-IX. matutina *Matheseos purae*, nec non
2. Hora III-IV. post meridiem *Matheseos adplicatae* praecepta ad ductum compendii b. fratris: *Auszug etc.* demonstrabit.

3. Fun-

3. Fundamenta denique *de reddituum publicorum rationibus* (Finanzwissenschaft) hora II III. pomeridiana ad positiones a se suppeditandas cupientibus narrabit.

DOCTORUM PRIVATORUM PRAELECTIONES IURIDICAE.

D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, instante semestri
brumali docebit

- 1) prima iuris elementa, ad Heineccium;
- 2) ius Digestorum, ad Boehmerum;
- 3) ius Germanicum priuatum, ad Selchovium;
- 4) ius feudale Longobardicum, ad Püttmannum; horas & lectionum initium tempestiue tabula dabit.

PHILOSOPHICAE.

M. F. G. S. ZACHARIAE, Praep. *τεχνολογίας Theologiceam*, in qua antiquitatis Christianae quoddam iter opportunum est, strictim pertractabit.

Quibus dicendi facultas ampla est, iis tam verborum copia, quam subtilitas commendanda, in qua cum dominari videatur in Rhetoricis *Aristoteles*, eosdem suscipiet interpretandos: non neglectis tamen *Homeri Pindarique* carminibus.

Pauli denique *Apostoli* epistolas cursim recitabit, difficilioribus locis paullo curatius tractatis.

M. IOACHIMUS HENRICUS LUDEWIG, L. Angl L. P.
Publice explicabit Addisonis Catonem in Thompson English Miscellanies Parte 2. pag. 213.

Privatim Conditionibus solitis sedulam continuabit operam iis quibus Linguam Anglobritannicam perdiscere animus est. Optabunt quem e sequentibus velint interpretari

- a) English Miscellanies by John Thompson.

b) Ver-

b) Vermischte Aufsätze in Engl. Prose von C. D. Ebeling.

c) Tanner select. Miscellanies in Prose and Verse.

d) The Vicar of Wakefield a moral tale.

historiam quoque universalem docebit ad filium J. M. Schroekh Lehrbuch der allgemeinen Weltgeschichte.

CAROLUS FRIDERICUS VOIGT, Jur. Cand. Ampl. Jctor. & Philos. Ordine consentiente per instans semestre hibernum I. *Encyclopaediam & Methodologiam iuridicam* duce Celeb. SCHOTTIO. II. *Historiam Juris* praeunte III. WALCHIO. III. *Institutiones iuris* ad ductum Compendii HEINECCIANI ab HOEPFNERO editi tradet; praeterea IV. *Historiam uniuersalem* enarrabit, & V. HORATII *Carmina lyrica* interpretabitur. Horas & reliqua tabula publica dabit.

* * *

LUDOV. ARENAUD DE LA LANDE, linguae gallicae Magister, linguam suam nonsolum docebit, sed eam etiam ad scribendi loquendique usum traducet.

* * *

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magistros quoque habent, artium eo pertinentium peritissimos.

P. P. Bützovii ante Terminum Michaelis MDCCLXXXVIII.

